



**Chronologiæ Veteris Testamenti Accvratvm Examen
Augustiſimæ, Invictissimæq[ue] Domui Austriacæ
Dicatvm**

Philippi, Henricus

Coloniae Agrippinae, 1637

1. Quinam fuerint, & sub quibus Regibus vaticinati sint hi 12. Prophetæ.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64340](#)

decim
bus di
Latinis
1. C
2. I
3. A
4.
5. I
6. I
7. I
8. S
9. S
10.
11.
12.
Ordin
mone:
S.Gte
Abdia
3.
pheta
et ap
led de
ta & a
4.
Orie
Abdia
4. fine
da su
consta
vinci
fabqu
Long
Phoc
terum
Dari
eligi

P.

H. Philipp

Chronolo
Vet: Testam

A IV

17



NOTÆ ET QUÆSTIONES
CHRONOLOGICÆ,

IN PROPHETAS MINORES.

QUÆSTIO PRIMA.

*Quinam, & quibus sub Regibus vaticinatis
Propheta.*



Prima
pars Bi-
bliorum
apud He-
breos.

2.

3.

4.

ENE aduertit Ribera præludio 2. in minores Prophetas Hebreos agnoscere quidem Moylen & Dariel gnes fuisse prophetas, horum tamen duorum librorum recenseri inter monimenta cæterorum prophetarum. Nam Pentateuchum Moysis ipsi Thora, id est, prophetas, quæ est pars prima Bibliorum Hebreorum, quam coniuncti etiam Cantica Canonicorum, Rituallationes Ieremiæ, Ecclesiasten, & volumen Ezechiel. Secundam partem cant Prophetas priores, quæ continet libros Iosephi, Iudicium, Samuelem, et totidem Regum. Tertia parte, quam Prophetas posteriores indiguntur, contineat Iсаiam, Iеремiam, Ezechielem, & eos duodecim qui nobis Prophetae minores appellantur. Quarta pars illis complectitur Psalmos Davidis, et Salomonis, Jobum, Danielem, Esdram, Nehemiam, & Verbiue. hoc est, duos libros Paralipomenon. Vide Prologum Galeatum S. Hieronimi ad calcem Bibliorum Latinorum Sixtinæ editionis, in quo fatus & classificatur libri apud Hebreos Canonici.

2. Nos autem minores Prophetas eos nominamus, quorum catalogus

decim libellis signata habemus, & hoc ordine in Latinis & Hebreis codicibus disponuntur.

Latinus & Hebreus.

1. Osee.
2. Ioel.
3. Amos.
4. Abdias.
5. Jonas.
6. Michæas.
7. Nahum.
8. Habacuc.
9. Sophonias.
10. Aggeus.
11. Zacharias.
12. Malachias.

Apud 70. vero.

1. Osee.
2. Amos.
3. Michæas.
4. Ioel.
5. Abdias.
6. Jonas.
7. Nahum.
8. Habacuc.
9. Sophonias.
10. Aggeus.
11. Zacharias.
12. Malachias.

Ordinem quem 70. Seniores exhibent, non solum in editione Sixti V. videamus; sed etiam apud S. Hieronymum prologo in Ioelem legimus, & apud S. Gregorium Nazianzenum, in Catmne de Veris libro &c. nisi quod hic Ionam Abdias preponat.

3. Nec obstat praedictis quod S. Hieronymus præfati uncula in 12. Propheta scribit: non est, inquiens, idem ordo duodecim prophetarum, apud Hebreos, qui est apud nos. Ibi enim non de sua translatione, quæ est nostra vulgata, loquitur: sed de versione Septuaginta, & Latinis codicibus ex ea redditis, ut bene Ribe-

*Latina
Biblia ad
plena.*

1.
2.

ta & alij monuerunt.

4. S. Augustinus lib. 18. civit. cap. 27. dum agit de diebus siue temporibus Ozia, loatham, Achaz, Ezechias, sub quibus prophetauerunt, Osee, Amos, Abdias, Jonas, Michæas, Nahum, tenduntur, inquit, hi dies a rege Latinorum Phocæ superiore Auentino, usque ad regem Romulum, vel etiam usque ad regni primordia successoris eius Numæ Pompilij. Quæ cum meis ratiocinijs satis congruunt: constat enim prima regem Iuda, sub quo minorum prophetarum primis uancimia sunt auspicati Oziam, siue Azariam fuisse. Ultimum vero principem fab quo postremus horum uatum Malachias prophetauit, pleriq; Artaxerxem Longimanum putant. Opinor autem Oziam regnare cepisse, circa annum 7. tempore Phocæ: Ezechiam vero excessisse ad annum 14. aut 15. Numæ Pompilij.

*Ante Re
multa qui
dam pro
phetarunt.*

Iuda.

*Quia Re
tempore
Ozia regie
Iuda.*

5. Reges, quorum temporibus suas prophetias habuerunt, sancti Vates nota-

terunt, sunt Ieroboam, Ozias, loatham, Achaz, Ezechias, Manasses, Iosias, Darius Hystaspis, & Artaxerxes Longimanus, quorum duo postremi Persis;

quibus 120 propheta clarij iudeis imperarunt, excepto Ieroboam, qui fuit rex Israel. Quoto autem claruerunt?

Quest. Cibren. p. 3.

ff mundi,

P.
H. Philipp

Chronolo
vt: Testam

AIV

17

226

QVÆST. CHRONOLOG. I.

mundi, quo ante vulgarem æram Christi, singuli suum regnum ab
quot annos Chronologicos regnauerint; sequens indiculus ostendit
meæ tabulae eos annos probabili & bona fide representant.

*Indiculus regum, sub quibus Prophetæ minores
vaticinatis sunt.*

Ordo & nomina Regum.	Regnauit annos Chronologicos.	Ab anno ante Christum.	Ab anno Mundi.
1. Ieroboam II, Rex Israel.	41	827	3214
2. Ozias rex Iuda.	52	812	3229
3. Ioatham rex Iuda.	16	760	3281
4. Achaz rex Iuda.	15	744	3297
5. Ezechias rex Iuda.	29	729	3312
6. Manasses rex Iuda.	55	700	3341
7. Iosias rex Iuda.	31	643	3398
8. Darlus rex Perſarum.	36	521	3520
9. Longimanus rex Perſarum.	40	464	3577

6. Habito mundi anno, vt aliarum ærarum annos, ex mea ^{supponam} colligas, sic procedes.

Tolle de anni mundi.	vt habeas annos à
1656	Diluvio transacto.
2038	Nato Abraham.
2113	Promissione Abrahæ facta.
2138	Nato Isaac.
2198	Nato Jacob.
2328	Descensu Israelin Ægyptum.

Tolle de an-	vt habeas
nis mundi.	annos à
2463	Nato Moysè.
2543	Exodo, Manna, lege Hebræis data.
2583	Ingressu in terram promissionis.
2836	Excidio Troiæ.
2979	Regno Dauidis, mortuo Saule.
3022	Templo Salomonis ædificari cœpto.
3059	Initio regni Israel, mortuo Salomone.
3254	Restauratis ab Iphito Olympiadibus.
3287	Vrbe condita.
3431	Seruitute Babylonica, anno 1. Nabuchod. inchoata.
3450	Excisa à Nabuchodonosore Ierosolyma.
3481	Regno Cyti apud Persas.
3503	Initia à Cyro Monarchia.
3510	Templo Ierosolymis instaurato, tempore Darij Hystaspis.
3531	Exactis regibus. Primi Coss. Romæ creatis.

7. Hinc colliges v.g. Iotham filium Ozier regis Iuda regnare cœpisse anno mundi 3281. à diluvio 1615. à Natali Abrahæ 1243. à Promissione 1168. ab Exodo 738. Hi enim numeri resultant, si prænotata fiat subtractio ab anno m. cui primordia Iothami adscribo. Eadem est ratio de annis aliorum regum ad hanc etas legitimè, ut puto, reducendis.

8. Cyrus apud Persas anno 1. Olympiad 55. ante Christum 559. regnare quidem cœpit; sed non ante 22. istius regni annum laxauit Iudeorum captivitatem, ut alibi disputabam. Quibus animaduersis, facilè intelligentur, & cum nostris rationibus conferentur, quæ Ribera illo præludio 2. latè disputat, & perstringit Cornelius hic in Harmonia Chronologica. Vide Tabula annorum expansorum, & Epochas nobiliores ad calcem Manualis Chronologici V. T. declarata.

228.

ff 2

NOTÆ

Prop
& qu
is p
ore
cum

NOTÆ ET QVÆST. CHRONOL.

IN PROPHETIAM OSÆ

*Diu pro-
phetauit
Osee.*

G Ap. I. v. i. Verbum Domini quod factum est ad Osee, filium Romæ Ozia, Ioatham, Achaz, Ezechiae regum Iuda. Hinc bene colliguntur interpretes, prophetias Osee, quantumvis sermonibus hominibus nihilo minus tempore editas, & per interualla distinuidit, quidem Ozias regnauit annos 52. Ioatham 16. Achaz etiam ad 16, regnus sui annum. Ezechias ad 29. Non tamen hisce omnibus annis Osee regnauit, cum prius aliquanto tempore Ozias regnauerit, quam Osee vicerit, & verisimile sit regem Ezechiam huic propheta supersitum fuisse.

*E*s in diebus Ieroboam filij, Ioas regis Israel. Rex iste fuit prœnepos leonis, cari solet Ieroboam II. longè diuersus ab illo Ieroboam filio Nabi mortuo Salomone, decem tribus Israel à domo David abstraxit, & posuit Israel, regnum adeptus anno fundati à Salomone templi 38, Ierusalem II. cuius Osee meruit, patri suo Ioaso succedit anno 192.

Vers. 2. *Principium loquendi Domino in Osee.* Quidam, ut Lyranus sic dicit, Sa, putant his verbis solum significari ea quæ hic referuntur propter dininitus accepisse, quam sequentia ipsi reuelarentur. Alij autem cum synonymo censem indicari Deum prius per Osee locutum, quam per prophetas, atque adeo ipsum Oseam esse primum Prophetarum, quicquidrum vaticinia, quæ proprijs codicibus exarata habemus. Non enim eum, quin Moyses, Samuel, Nathan, Gad, Elias, Helias, & alios scriptorum libri Regum meminerūt, ante hunc Oseam fluerint. Ita Compendium datis in hac sententiam Ruperto, Haymone, Alberto, Hugone, Dictionario tablo in hunc vers. Basilio, & Rufino in cap. 1. l. s. quibus ad Bellam, ad Eccl. Et hic sensus Menochio ac mihi potior videtur. Rationem probabilius fert Cornelius: quia iuxta priorē sensum ceteri prophetæ simili exordio presenti vti, quod cum solus Osee fecerit, signum est eum indicare voluntate proprio esse tamquam primum omnium prophetarum, sensu iam declinato. etiam innuere videtur ij. qui dū prophetas recensent, primum locum dicit Petavius ad annum periodi Julianæ 3919. Osee, inquit, tot. Ann. A.D. 729. Iaias prophetarunt sub Ozia, rege Iuda. Fauent recentiores, vt Robertus Cornelius, qui duplēcē hic literalem sensum admittunt: quod nimirum

*Quidam
propheta
Osee pre-
cesserunt.*

*Cum Osee
primum
Propheta-
rum dici
possit.*

Prophetas illius temporis primum Osee locutus sit Dominus, deinde cæteris: & quod Dominus, quando Osee loqui coepit, hinc exorsus fuerit. Abdiam fuisse priorem Osee quidam opinati sunt, existimantes Abdiam illum, qui tempore Achab floruit, eundem fuisse cum eo, qui inter minores Prophetas quarum locuta habet. Quem errorem suo loco refellemus.

Q V A E S T I O II.

Quando Osee prophetare cœperit.

Certum est Oseam prophetandi initium fecisse annis plusquam 12, ante mortem Ozias: anno enim regni istius 38. Zacharias rex Iuda mortuo Ie. 12. annos ieroboamo successit. 4. Reg. 15. v. 8. Tolle hos 38. annos de 52. quibus regnauit Ozias, remanebunt 14. quibus, ut minimum Ozias ieroboamo superstes fuit. Atqui ante mortem ieroboami iam vaticinabatur Osee, ut ipse in exordio sue prophetæ restatur. Quot autem annis sub ieroboam, quot sub Ozia, Vatis functiones obicerit, non est vna omnium auctotorum sententia.

2. Quidam putant, regni Ozias primos tantum 14. annos, cum ultimis 14. annis ieroboam concurrisse, ac proinde Oseam & Amos intra hoc tempus prophetare cœpisse. Annos autem circiter denos quarternos fuisse istis dirobis regibus communes probant ex 4. Reg. 15. v. 1. ubi dicitur: *Amo vigesimo septimo ieroboam regis Israel, regnauit Azarias (qui & Ozias appellabatur) filius Amasia regis Iuda.* ieroboam autem iste regnum administravit, uno & quadraginta annis: quibus si 27. derrabantur, residui erunt 14. quorum decursu Ozias in Iudea, ieroboam in Itaelitide, rerum potiebatur, Lyraeus, Ribera, Arias, philosphan- tor, rati Roboamum hic ab Osee idcirco nominatum, ut intelligeremus Osee, non extremo, nec medio tempore, sed eius initio ad prophetandum accessisse. Hanc opinionem hic proponit Cornelius: sed refutat Amos 1. v. 1. & Isaia 7. vers. 8.

3. Ex hac sententia deducit Cornelius excidium Samariae 90. ferè annis ab Osee prius denunciarum, quam illud contingenter: quia totidem anni colliguntur ab Ozia enthronismo, usque ad annum 6. Ezechias, quo cœrsa est Samaria. Deinceps autem usque ad Sedecias casum, ait computari annos 134. quibus ad istosiam memoratos appositis, confidunt anni 224. ab Azariæ primordio usque ad incensam à Nabuzardane ierosolymam supputati. Inculcat idem auctor Osee, quem ait fuisse primum prophetarum vaticinari cœpisse, sub initia regni Ozias, additique (in Chronotaxi) Isaiam sua vaticinia exorsum post Osee, sub anno 17. Ozias, ut habeat, inquit, Eusebius in Chronicō, ante Christum, ut ipse opinatur 797.